Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36942
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



Septimum gaudium

276

Gaude maria xpi mater pia regia celorum
Septimum tuum gaudium excellit sensus et corda hominum
Quod tu regina potentissima in extremo huiusti
Quando cum corpore et anima in celum assumpta fuisti
Quando te filius tuus in throno suo secum collocavit
Et corona regni sui perpetua feliciter te coronavit
Tu quoque omnium prefigurata eras per fontem illum parvulum
Qui crevit et emanavit et factus est in fluvium maximum
Sic enim rex assuerus humilem hester exaltavit
Ita te humilem rex celestis extulit et coronavit
Te etiam abigail prudens olim pretendebat
Quam propter suam sapientiam rex david sponsam assumebat
Ita rex celestis elegit et assumpsit te in sponsam et amicam
In matrem et in sociam in sororem et in reginam
Te etiam mater salomonis convenienter prefiguravit
Cui rex salomon thronum ad dexteram suam collocavit
Ita rex celorum te matrem suam honoravit
Et ad dexteram in throno suo collocavit
Odiva felicissima quam in effabile gaudium huiusti
Quando cum corpore et anima in gaudium perpetuum introisti
Ora dilectum filium tuum dominum ihesum xpm pro me
Ut post hoc exitum perducat me ad thronum regni sui
Ubi sine fine merear gaudio sempiterno perfrui
Quod nobis omnibus prestare dignetur dominus ihesus xpus
Qui cum patre et spiritu sancto est in perpetuum benedictus Amen